



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum memoria distinguatur ab intelligentia, sicut potentia a potentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

In lib. de memoria & reminiscencia. cap. 1. co. 1.

13. de Trin. cap. 2. & 7. tom. 3.

Com. 6. to. 2.

D. 1099.

ius nunc, constat quod memoria proprie loquendo, non est in parte intellectiva, sed sensitiva tantum, ut Philoso. probat: sed quia intellectus non solum intelligit intelligibile, sed etiam intelligit se intelligere tale intelligibile, ideo nomen memoriae potest extendi ad notitiam, qua & si non cognoscatur obiectum, ut in praeteritione modo praedicto, cognoscitur tamen obiectum de quo etiam prius est notitia habita, in quantum aliquis scit se eam prius habuisse, & sic omnis notitia non de novo accepta potest dici memoria: sed hoc contingit uno modo, quando consideratio secundum notitiam habitam non est intermissa, sed continua. Alio vero modo, quoniam est intermissa, & sic habet plus de ratione praeteriti, unde & magis proprie ad rationem memoriae attingit, ut si dicamur illius rei habere memoriam, quam prius habitualiter cognoscebamus: non autem in actu, & sic memoria est in parte intellectiva nostre animae, & hoc modo videtur Augustinus memoriam accipere ponens eam partem imaginis, vult enim omne illud quod habitualiter in mente tenetur, ut in actu non prodeat, ad memoriam pertinere. Quomodo autem hoc possit contingere a diversis diversimode ponitur. Avicenna enim 6. de naturalibus, ponit quod hoc non contingit quod anima habitualiter teneat notitiam alicuius rei quam actu non considerat, ex hoc quod aliqua species conservetur in parte intellectiva: sed vult quod species actu non considerata, non possunt conservari, nisi in parte sensitiva, vel quantum ad imaginationem, quae est rursus formatum a sensu acceptarum, vel quantum ad memoriam quantum ad intellectiones particulares non acceptas a sensibus. In intellectu vero non permanet species, nisi quando consideratur: post considerationem vero in eo actu esse desinit. Unde quando iterum vult considerare aliquid, oportet quod species de novo fluat in intellectum possibilem ab intellectu agente, nec tamen sequitur secundum ipsum quod si aliquis de novo debet considerare, quae prius scivit, quod oportet eum iterum addiscere, vel invenire sicut a principio, quia relicta est in eo quaedam habitus per quam facilius se convertit ad intellectum agentem, ut ab eo species effluentes recipiat, & haec habitus est habitus scientiae in nobis. & secundum hanc opinionem memoria non est in mente secundum retentionem aliquarum specierum, sed secundum habitum ad accipiendum de novo. Sed ista opinio non videtur rationabilis. Primo, quia cum intellectus possibilis sit stabilitus naturae quae sensus, oportet quod species in eo recepta stabilius recipiatur, nisi magis possunt in eo conservari species quam in parte sensitiva. Secundo, quia agens intelligentia equaliter se habet ad influendum species convenientes scientiis omnibus, nisi si in intellectu possibili non conservaretur aliqua species, sed sola habitus convertendi se ad intellectum agentem, aequaliter remaneret homo habilis ad quicquid intelligibile, & ita ex hoc quod homo addisceret unam scientiam non magis sciret illam quam alias. Praeterea, hoc videtur esse contra sententiam Philosophi in 3. de Anima, qui commendat antiquos in hoc, quod posuerunt animam esse locum specierum, quantum ad intellectivam partem, & ideo alij dicunt quod species intelligibiles in intellectu possibili remanent post actualem considerationem, & hanc ordinationem est habitus scientiae, & quod haec vis, qua mens nostra retinere potest species intelligibiles post actualem considerationem memoria dicitur, & hoc magis accedit ad propriam significationem memoriae.

**F** AD PRIMUM ergo dicendum, quod memoria quae communis est nobis & brutis, est illa in qua conservantur particulares intentiones: sed haec non est in mente, sed illa tantum in qua conservantur species intelligibiles. **A**D SECUNDUM dicendum, quod Philo. loquitur de memoria, quae est praeteriti, prout est relata ad hoc nunc, in quantum est hoc, & sic non est in mente. **A**D TERTIUM dicendum, est per idem. **A**D QUARTUM dicendum, quod in intellectu possibile differt actu apprehendere & retinere: non ex eo quod species sit in eo aliquo modo corporaliter, sed intelligibiliter tantum, nec tamen sequitur quod semper intelligatur secundum illam speciem: sed solum quando intellectus possibilis perficitur in actu respectu illius speciei. Quandoque vero est imperfecte in actu eius quodam modo medio inter puram potentiam & purum actum, & hoc est habitualiter cognoscere, & de hoc modo cognitionis reducitur in actum perfectum per voluntatem, quae secundum Anselmum est motor omnium virtutum. **A**D QUINTUM dicendum, quod mens est ad imaginem, praecipue secundum quod fertur in Deum & in seipsum, ipsa autem est sibi praesens & similiter Deus antequam aliqua species a sensibus accipiantur, & mens non dicitur habere vim memoratiam ex hoc quod aliquid actu teneat, sed ex hoc quod est potest retinere. **A**D SEPTIMUM patet responsio ex dictis. **H** test aliquid cognoscere non convertendo se ad obiectum suum, ut visus nihil cognoscit, nisi convertendo se ad colorem, unde cum aphantasmata se habeant hoc modo ad intellectum possibilem sicut sensibilia ad sensum, ut patet per Philo. in 3. de Anima, quantumcumque aliquam speciem intelligibilem apud se habeat, numquam tamen actu aliquod considerat: sicut illam speciem, a nisi convertendo se ad phantasmata, & ideo sicut intellectus non tenet secundum statum viae indiget phantasmatis ad actu considerandum, antequam accipiat habitum, ita & postquam accepit, secus autem videtur de angelis, quorum intellectus obiectum non est phantasma. **A**D PRIMUM vero eorum, quae in contrarium obijciuntur dicendum, quod ex auctoritate illa haberi non potest quod in intellectu sit memoria, nisi secundum modum qui dicitur est, non autem quod proprie. **A**D SECUNDUM dicendum, quod verbum Augustini intelligendum quod memoria potest esse de praeteritis obiectis, numquam tamen potest dici memoria nisi consideretur aliquid praeteritum ad minus ex parte ipsius cognitionis, & secundum hoc est dicitur aliquis sui obiectum vel etiam memorari, in quantum de seipso quod est praesens sibi non conservat praeteritam cognitionem. **A**D TERTIUM dicendum, quod in quantum intellectus cognoscit differentias temporum secundum communes rationes, formare potest compositiones, secundum quamlibet differentiam temporales. **A**D QUARTUM dicendum, quod providentia non est in intellectu, nisi secundum generales rationes futuri: sed ad particularia applicatur mediante ratione particulari, quam oportet mediam intercedere inter rationem universalem moventem & motum, qui in particularibus consequitur, ut patet per Philo. in 3. de Anima. **A**RTICULUS III. **V**trum memoria distinguatur ab intelligentia sicut potentia a potentia. **T**ERTIO quaeritur, utrum memoria distinguatur ab intelligentia sicut potentia a potentia, & quod

quod non. Diverſarum. n. potentiarum ſunt diverſi actus: ſed intellectus poſſibilis, & memoriae put ſunt in mente ponitur eſſe idem actus, qui eſt ſpecie retinere: hoc. n. quod Aug. memoriae, Philoſophus intellectui poſſibili attribuit. ergo memoria nō diſtinguitur ab intelligentia. ſicut potentia a potētia.

¶ 2 Præf. Accipere aliquid non concernendo aliquid differentiam temporis eſt proprium intellectus, qui abſtrahit ab hic, & nunc: ſed memoria nō concernit aliquā differentiam temporis, quia ſm Aug. 14. de Trin. memoria eſt cōmuniter præſentium, præteritorum, & futurorum. ergo memoria ab intelligentia non diſtinguitur.

**A**

habitus, & habitus quam actus: quia unius poterit eſſe plures habitus, & ab uno habitu plures actus eliciuntur. ergo non poteſt eſſe, quod aliquod eorum ſit habitus, & aliud actus.

RESPON. Dicendum, quod Aug. dupliciter aſſignat imaginem Trinitatis in mente. Primo ſecundum hæc tria, mens, notitia, & amor, ut patet in 9. de Trinitate. Secundo quantum ad hæc tria, que ſunt memoria, intelligentia, & voluntas. Dicendum ergo, quod imago Trinitatis in anima poteſt aſſignari dupliciter. Uno modo, ſecundum perfectā imitationem Trinitatis. Alio modo ſecundum imperfectā. Anima enim perfecte Trinitatem imitatur ſm quod meminit actum, intelligit actum, & vult actum. Quod iō eſt, quia in illa trinitate increata, media in Trinitate perſona eſt verbum: verbum autem ſine actuali cognitione eſſe non pot. unde ſecundum hunc modum perfectæ imitationis aſſignat Aug. imaginem in his tribus: memoria, intelligentia, voluntate, prout memoria importat habituales notitiam, intelligentia vero actualem cogitationem ex illa notitia procedentem, voluntas vero actualem voluntatis motum ex cogitatione procedentem. Et hoc patet expreſſe per hoc, quod dicit in 14. c. Trin. ſic dicens. Quia ibi, ſi in mente verbum eſſe ſine cogitatione non pot., cogitamus enim omne, quod dicimus illo interiori verbo, quod ad nullius genus pertinet linguam, in tribus potius illis imago iſta ponitur, memoria, ſ. intelligentia, & voluntate. hæc autem dico intelligentiam, quia intelligimus cogitantes, & eam voluntatem quæ iſtam prolem parentemque coniungit, imago vero ſecundum imperfectam imitationem eſt, quando aſſignatur ſecundum habitus & potentias. Et ſic aſſignat imaginem Trinitatis in anima nono de Trinitate, quantum ad hæc tria: mens, notitia, amor: ut mens, nominat potentiam, notitia vero & amor, habitus in ea exiſtentes: & ſicut poſuit notitiam, ita ponere potuiſſet intelligentiam habituales utrumque enim habitualiter accipi poteſt, ut patet ex hoc quod dicitur in 14. de Trinitate. Nunquid recte poſſumus dicere iſte mulicus novit quidem musicam, licet non eam intelligat, qui eam nō cogitat: intelligit vero nunc geometriam, hanc enim nunc cogitat: abſurda eſt quantum apparet iſta ſententia. Et ſic ſecundum hanc aſſignationem hæc duo que ſunt notitia & amor habitualiter accepta ad memoriam tantum pertinent, ut patet per auctoritatem eiusdem in obijciendo inductam. Sed quia actus ſunt in potentis radicaliter, ſicut effectus in cauſis, ideo eſt perfecta imitatio, quæ eſt ſecundum memoriā, intelligentiam, & voluntatem actualem, poteſt originaliter inveni in potentis. ſecundum quas anima pot. meminisse, intelligere actualiter, & velle, ut per verba Aug. inducta patet. Et ſic imago attenditur ſecundum potentias, non tamen hoc modo quod memoria poſſit eſſe in mente, alia potētia præter intelligentiā. quod ſic patet: potētia non diverſificatur ex diverſitate obiectorum, niſi diverſitas obiectorum ſit ex his, quæ per accidens obiectis, ſecundum quod ſunt talium potētiarū obiecta. unde calidum & frigidum, quæ colorato accidunt, in quantum huiusmodi, nō diverſificant potētiā viſivam: eiusdem enim viſivæ potētiæ eſt videre coloratum, calidum & frigidum, dulce & amarum: quibus autem mens ſive intellectus aliquo modo poſſit cognoscere præteritum, tñ cum indiſſerenter ſe habeat ad cognoscēda præſentia, præterita & futura, differentia præſentis

14. de Trin. c. 7. a medio tom. 3.

Aug. ca. 4. & ſeq. tom. 3.

cap. 7. circa prin. tom. 3.

In ar. citato

**B**

¶ 3 Præf. Intelligentia accipitur dupliciter ſm Aug. 14. de Trin. Uno modo, prout dicitur intelligere, id quod nō actu cōſideramus. Alio modo, prout dicitur intelligere, id quod actu cogitamus: ſed intelligentia ſm quam id tantum dicimus intelligere, quod actu cogitamus, eſt intelligere in actu, quod non eſt potentia, ſed operatio alicuius potētiæ, & ſic non diſtinguitur a memoria ſicut potentia a potētia. ſm vero, quod intelligimus ea, quæ in actu cōſideramus nullo modo a memoria diſtinguitur, ſed ad memoriā pertinet, quod patet per Aug. 14. de Trin. ubi ſic dicit. Si nos referamus ad interiorem mentis memoriā, quæ ſui meminit, & interiorem intelligentiam, quæ ſe intelligit, & interiorem voluntatem, quæ ſe ligat, ubi hæc tria ſimul ſemper ſunt, ſive cogitentur, ſive non cogitentur, videtur quidem imago Trinitatis ad ſolam memoriā pertinere. ergo intelligentia a memoria nullo modo diſtinguitur, ſicut potentia a potētia. Si dicatur, quod intelligentia in anima eſt quadam potentia, ſecundum quam anima eſt potens actu cogitare, & alia ſm quam actu cogitat, ſic etiam intelligentia quæ nos dicimus intelligere non cogitando diſtinguitur a memoria, ſicut potentia a potētia.

**C**

¶ 4 Contra. Eiusdem potētiæ eſt habitus habere, & vi habitus: ſed intelligere non cogitando, eſt intelligere in habitu, intelligere autem cogitando eſt habere habitum, ergo ad eandem potētiā pertinet intelligere, non cogitando, & intelligere, cogitando, & ſic per hoc non diverſificatur intelligentia a memoria ſicut potentia a potētia.

**D**

¶ 5 Præf. In intellectu parte anime non inveniuntur alia potētia, niſi cognofcitiua, & moriua, vel affectiua: ſed voluntas eſt affectiua vel moriua, intelligentia autem cognofcitiua. ergo memoria nō eſt alia potētia ab intelligentia.

**E**

SED CONTRA, eſt quod Auguſt. dicit 14 de Trin. quod ſm hoc anima eſt ad imaginem Dei, quod vi ratione atque intellectu ad intelligendum Deū, & conſpiciendum poteſt: ſed poteſt anima conſpicere ſm potētiā. ergo imago in anima attenditur, ſecundum potētiā: ſed in anima attenditur imago ſecundum, quod hæc tria in ea inveniuntur, memoria intelligentia, & voluntas, ergo hæc tria ſunt tres potētiæ diſtinctæ.

¶ 2 Præf. Si iſta nō ſunt tres potētiæ, oportet aliquid eorum eſſe actum ſive operationem: ſed actus non ſemper eſt in aia, non. n. ſemper in actu intelligit, vel vult. ergo iſta tria nō ſemper erunt in aia: & ſic non eſſet aia ad imaginem Dei, quod eſt cōtra Aug. ¶ 3 Item inter hæc tria inveniuntur æqualitas, per quā æqualitas diuinarū perſonarū repræſentatur. ſed inter actum, vel habitum, vel potētiā non inveniuntur æqualitas, quia ad plura ſe extendit potētia quam

Arillo. 1. de anima c. 6. tom. 3.

Cap. 11. to. 3.

Cap. 7. & 6. tom. 3.

Cap. 9. 2 me. di. tom. 3.

Cap. 1. 2. 3.

de Trin. c. 7. a medio tom. 3.

sentis, & præteriti accidentalis intelligibili est, in qua-  
rum hmoi. unde quavis in mēte aliquo modo pos-  
sit esse memoria, non tamen potest esse ut potētia  
quædam per se distincta ab alijs, per modum quo  
Philosophi de distinctione potentiariū loquuntur,  
sed hæc solummodo potest inveniri memoria in  
parte sensitiva quæ fertur ad præsens, in quantum est  
præsens, unde si debent ferri in præteritum requiritur  
aliqua altior virtus, quam ipse sensus, nihilomi-  
nus tamen & si memoria non sit potētia distincta  
ab intelligentia prout intelligentia sumitur pro po-  
tentia, tamen invenitur Trinitas in aīa et confide-  
rando ipsas potētiās, secundum quod vna potētia,  
quæ est intellectus, habet habitudinem ad diuersa,  
scilicet ad tenendam notitiam alicuius habitualiter:  
sicut & August. distinguit rationem inferiorem a  
superiori, secundum habitudinem ad diuersa.

D. 866.  
12. de Trin.  
6. 14. com. 3.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quavis  
memoria prout est in mente non sit alia potētia ab  
intellectu possibili distincta, tamē inter intellectum  
possibilem & memoriā invenitur distinctio secundum  
habitudinem ad diuersa, vt ex dictis patet. Et  
similiter dicendum est ad quatuor sequentia.

AD PRIMUM vero in contrarium dicendum, qd  
Aug. ibi loquitur de imagine inuēta in anima, non  
secundum perfectam imitationem, quæ est quando  
actu imitatur Trinitatem intelligendo eam.

AD SECUNDUM dicendum, quod semper est in  
anima imago Trinitatis aliquo modo, sed non se-  
cundum perfectam imitationem.

AD TERTIUM dicendum, quod inter potētiā &  
actum & habitum potest esse qualitas, secundū quod  
comparantur ad vnum obiectum: & sic imago Trin-  
nitatis invenitur in anima secundum quod fertur in  
Deum. Et tamen etiam cōiter loquendo de poten-  
tia habitu, & actu invenitur in eis æqualitas, non qd  
dem secundum proprietatem naturæ, quia alterius  
modi habet esse operatio, habitus, & potētia: sed  
secundum comparisonem ad actum, secundum  
quam consideratur horum trium quantitas, nec  
oportet quod accipiatur vnus tantum actus nume-  
ro, aut vnus habitus, sed habitus & actus in genere.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mens cognoscat res materiales.

1. p. q. 84. ar-  
ticul.

QVARTO quaeritur, vtrum mens cognoscat res  
materiales. Et vt quod nō. mens. n. nō. cogno-  
scit aliqd nisi intellectuā cognitione: sed  
vt habetur in gl. 2. Cor. 12. illa est intellectuā visio  
quæ illas res continet, quæ non habēt imagines sui  
similes, quæ non sunt quod ipsæ. cum igitur res ma-  
teriales non possint esse in anima per se ipsas, sed so-  
lum per imagines sui similes, quæ non sunt quod  
ipse, videtur quod mens materialia non cognoscat.

12. sup. Gen.  
cap. 24. circa  
prin. com. 3.

¶ 2 Præ. Aug. super Gene. ad literam dicit. mente  
intelliguntur quæ nec corpora sunt, nec similitudi-  
nes corporum: sed res materiales sunt corpora &  
similitudines corporum habent. ergo & c.  
¶ 3 Præ. Mens siue intellectus habet cognoscere  
quidditates rerum, quia obiectū intellectus est, quod  
qd est, vt dicitur in 3. de Anima: sed quidditas rerum ma-  
terialium non est ipsa corporeitas, alias oporteret  
oīa quæ quidditatem habent corpus esse. ergo & c.  
¶ 4 Præ. Cognitione mētis consequitur formā, quæ  
est principii cognoscendi: sed formæ intelligibiles,

Co. 26. 10. 2.

quæ sunt in mēte, sunt omnino immateriales. ergo  
per eas mens nō potest res materiales cognoscere.  
¶ 3 Præ. Omnis cognitio est per assimilationē sed  
non potest esse assimilatio inter mentem, & materia-  
lia: quia similitudinem facit vnitas qualitatis, quali-  
tates autē rerum corporaliū sunt corporalia ac-  
cidentia, quæ in mente esse non possunt. ergo & c.  
¶ 6 Præ. Mens nihil cognoscit, nisi abstrahendo a  
materia, & a conditionibus materie: sed res ma-  
teriales, quæ sunt res naturales, non possunt etiam se-  
cundum intellectum a materia separari, quia in eo-  
rum definitionibus cadit materia. ergo & c.

SED CONTRA. Ea quæ ad scientiam naturalem  
pertinent mente cognoscuntur: sed scientia natu-  
ralis de rebus materialibus est. ergo materialia per  
mentem cognosci possunt.

¶ 2 Præ. Vnusquisque bene iudicat, quæ cognoscit,  
& horum est optimus iudex, vt dicitur in 1. Ethico.  
sed sicut dicit August. 1. 2. super Gene. ad literam, p-  
mentem ista inferiora iudicantur. ergo hæc inte-  
riora materialia per mentem intelliguntur.

¶ 3 Præ. Per sensum non cognoscimus, nisi ma-  
terialia: sed cognitio mentis a sensu oritur. ergo &  
mens naturales res cognoscit.

RESPON. Dicendum, qd omnis cognitio est  
secundum aliquam formam, quæ est in cognoscente  
te principium cognitionis. Forma autē huiusmodi  
potest considerari dupliciter. Vno modo secun-  
dum esse, quod habet in cognoscente. Alio mo-  
do secundū respectum, quem habet ad rem, cuius  
est similitudo. Secundum quidem primum respec-  
tum facit cognoscentem actu cognoscere, sed se-  
cundum, sicut respectum determinat cognitionem ad  
aliquod cognoscibile determinatum. Et hoc mo-  
do secundū respectum rem aliquā, est secundum condi-  
tionem cognoscentis, in quo forma recipitur sicut  
modum eius. Non autem oportet, quod res cogni-  
ta sit secundum modum cognoscentis, vel secun-  
dum modum illum, quo forma, quæ est cognos-  
cendi principium, esse habet in cognoscente. vnde ni-  
hil prohibet per formas, quæ in mente immateria-  
liter existunt, res materiales cognosci. Hoc autem  
differenter contingit in mēte humana, quæ cogno-  
sitionem accipit a rebus, & in diuina, vel angelica. q  
a rebus non accipiunt. In mente enim accipiente  
scientiam a rebus formæ existunt, per quā ad ob-  
iectum rerum in aīam. Omnis autem actio est p-  
formam. unde formæ, quæ sunt in mente nostra, p-  
mo & principaliter respiciunt res extra aīam ex-  
istentes, quantum ad formas earū. Quarum est du-  
plex modus: quæ dā n. sunt, quæ nullam sibi mate-  
riā determinant, vt linea, superficies & hmoi. Quæ-  
dam autē determinant sibi specialem materiam. ac-  
cipiunt oēs formas naturales. Ex cognitione autem for-  
marum, quæ nullā sibi materiā determinant, nō re-  
linquitur aliqua cognitio de materia: sed ex cogno-  
sitione formarum, quæ determinant sibi materiam,  
cognoscitur etiam ipsa materia aliquo modo. Et  
secundum habitū dicitur, quā habet ad formam. Et  
hoc dicitur Philosophus in 1. Physico. quod materia  
prima est seibilis secundum analogiam ad formam.  
Et sic per similitudinem formæ ipsa res materialis  
cognoscitur: sicut aliquis ex hoc ipso, qd cogno-  
scit limitatē cognoscit naturam simi. Sed formæ re-  
rum in mente diuina existentes sunt, ex quibus  
esse rerū, quod est eōe formæ, & materie. vnde &  
formæ illæ respiciunt, & formam, & materiam

Gl. ordi. sup  
illud, Raptū  
vīq; ad cer-  
tium celum